

5. De ipsa consideratione methodologica

a In sua generalitate est transcendentalis

Nam in ipsa sua generalitate considerat omnes operationes secundum omnes combinationum complexiones; unde et indirecte omnia obiecta considerat. Ita sensu scholastico.

gentia

Sensu kantiano: transcendentalis est consideratio quae directe operationes et indirecte, mediantibus operationibus, obiecta attingit. Valde imperfecte apud Kant: intellectus est facultas iudicandi; obiectum immediate per Anschauung etc. *Praxis logica pervenit psychologiam, in qua est empiria*

b Est comparativa, genetica, dialectica.

Comparativa: comparat hanc et illam complexionem ut diversam differentiationem, integrationem, inveniat.

Genetica: determinat seriem chronologicam differentiationum et integrationum. Scil. totum, integrale = summa elementorum, et elementa singula suo tempore orta sunt

Dialectica: distinguit authentica et aberrationes

c Est unitiva, synthetica, concreta.

Unitiva: omnia considerat sub eodem respectu: operationes, operantes, operabilia (obiecta formalia de facto).

Synthetica: in unitatem componit omnia quantumvis sint inter se diversa, secundum comparisonem, genesin, dialecticam

~~Concreta: sicut maxima generalitate ita etiam summas et minimas differentias~~

Concreta: sicut maxima generalitate procedi potest, ita etiam ad minimas differentias descendi potest.